



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Adversvs Omnia Catabaptistarvm Prava Dogmata  
Heinrychi Bullingeri lib. IIII**

**Bullinger, Heinrich**

**Tigvri, 1535**

**VD16 B 9759**

Christiane reipublicae magistratum non solum utilem esse, sed & summe  
nesessarium

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35433**

ter administrari & rite magistratum nisi per Christianos.

## CHRISTIANAE REIPUBLICAE

magistratum non solum utilem esse sed sum= me necessarium.

SIMON.

II. TRACT. Vid uero ad hoc dicas, quod Christus Pilato

**Q** respondit: Regnum meū non est de hoc mundo? Quandoquidem ergo Christiani à Christo dicuntur, omnino nihil nobis esse (Sic enim mihi uidetur) cōmune debet cum regno huiusmodi. Neq; necessarium puto esse filii dei. Qui enim uere Christianus est, nemini vim facit, nemini iniuriam, non contendit, non litigat, neminem lædit, neminem uerberat, sed iuxta præceptum domini Matth. 5. uiuit. IOIAE

D A. Accusabatur Christus læsæ maiestatis regie, qua uita sperabant Iudei illum reum maiestatis se peracturos. Regem (inquiunt) se Iudeorum fecit. Volebat dominus (ut iure debuerat) alienus adeò uideri ab affectatione regni terreni, quod absurdum esset huius aliquid de se uel suspicari. Respondit ergo: Regnum meum non est de hoc mundo, alioqui haberem ministros meos qui me defendere conarentur. Atq; ita Christianum cœlorum regem se esse confitebatur, et simul

tamen

tamen Pilato significabat, à se nihil esse periculime= tuendū ei regno cui ipse ministrabat, cuius scilicet Iu= dæi ipsum apud Pilatum insimulauerant. Quasi dice=  
ret: Rex sum, sed regnum meū de hoc mundo non est,  
sed in spiritu & ueritate. SIMON. Hæc mea  
 sententia est. Regnum ergo Christi nō est de hoc mun= do, id est, non est situm in externo dominatu, unde  
 gloria, diuitijs & potentia externa destituitur, ut in  
 capite Christo, ita & membris. Ergo hic reiectamen= ta mundi nos esse oportet, in regeneratione demum  
 cum Christo regnabimus. IOIADA. Nihil re= pugno. Quod uero tu ex ista sentētia colligis, hoc tan= dem nego, nempe, magistratu Christianis nullo opus  
 esse. Ratio. Sic de regno suo Christus loquitur, ut inte= rim magistratum nec damnet, nec tollat.

Ad hæc, Christiani non omnino spiritus sunt, sed ad  
 hoc in carne quam circumferunt habitant. Quod ad  
 spiritum attinet, per quem renouatus & Christianus  
 factus est, magistratu opus non habet. Nulla enim re= Christiani  
 externa internus homo seruatur. Quod uero ad car= nō sunt exu  
 nem quam gestat, & ad externam conuersationem at= tinet, magistratu Christiano homini tā est opus, quam  
 cibo reliquisq; rebus externis. Nam par ratio est si sic  
 colligam: Christianorum regnum non est de hoc mun= do, ergo magistratu non egent. Et si sic: Christianorum  
 regnum non est de hoc mundo, ergo cibo non egent

p

*Regnum meū no  
 cīt da hoc mūdo*